



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

25. Tanquam bonus mercenarius abnegat semetipsum, & duri Coloni
iudicium suo præfert, Crucem impositam lubens - volens portans.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

68 CHRISTVS CRVCFIXVS

CRUCE, & CRVCFIXO erat exornatum. Quando enim & vbi sine his cer-
nitur Pyxis Eucharistica?

Non refero similia alibi per orbem
vfitata ad Bacchi ignominiam, & CRV-
CFIXI gloriam, quam eius Amatores,
triduo, olim dictorum Bacchanalium,
nunc supplicationum Antecinalium,
omni quo possunt artificio dilatare co-
nantur.

a. Ad Philippens. 2. 8. b. Sodalitas Partheniensis
lib. 1. cap. 5. c. Imago primi Seculi Socie-
tatis lib. 3. cap. 9. p. 376. d. Sodalitas Par-
theniensis lib. 1. cap. 5. Vbi istiusmodi plura,
ritorio, Bacchanalibus egregia Pietatis o-
pera exercent Sodalitates: cuius rei spore fla-
viantur: id DEVS sibi acceptum esse o-
stendit.

V.

AMATOR CRVCFIXI

tanquam bonus mercenarius abnegat se-
metipsum. Et duri Colantini iudicium suo
præfert, Cruceque impositam volens
labens portare.

25.

THEO-
DORVS
ANAS-
THORE-
TA.

B. & THEODORVS vnus ex antiquis E-
remitis Patribus est. Pachomij officio-
na & disciplina progressus, olim à
Pachomio (nescio ob quam of-
fensam) punitus & censurâ notatus.

are

à reliquorum catu remotus fuit. Priusquam verò ab eo recederet, dixit: Pater, habeo quod transigam in Monchonse, mitte me quamprimum reuersurum.

Missus absque comite, per viam in *Lacrymas* lacrymas effusus: Domine Deus, in-*itur.* quiebat, est ne locus veniæ? possum ne redire tecum in gratiam? adhuc ne est spes salutis? Et cum ad Chenobosceum, locum, pascua anserum dictum, peruenisset, conscendit illicò nauigium, in *Nauigat.* quo Seniores quosdam offendit. Ex quibus vnus quidam apud alium incepit beatum prædicare Theodorum, sed alter, quid miserum beatum celebras? cum nondum ad gradum marginis *b.* peruenierit. Duxit ergo ei simile dicendi initium.

Colonus quidam erat durus, acerbus, & molestus, cum quo nemo poterat operarum anno persequerare. Incitatus quidam ad illum profectus est, & *Parabola de Colono duro, & immiti.* suam illi operam obtulit. Bene habet, inquit Agricola; Cum dies esset, quo irrigandus erat ager, hauriamus, inquit, *Dura im- perio.* aquam inter noctu, non interdium ad rigandum agrum. Sapienter, respondebat mercenarius ad Colonom, vti nemo exhausta à nobis aqua nec hominum *I.* nec

70 CHRISTVS CRVCFIXVS

nec pecudum, nec aliorum quisquam bibat.

II.

Rursum, quando arandum erat: se-
mentem, aiebat Colonus, ita faciemus;
sulcum hunc frumento conferemus, al-
terum hordeo, tertium legumine, ac ita
deinceps reliquos agri versus. Et famu-
lus: hæc maior est, respondebat priori
sapientia, vii semen nostrum & a varie-
tate, quasi aceruus efflorescat: immò, &
fænum quoque absque semine. Tum

III.

Colonus iterum, age metamus, & de-
messâ est seges, quæ adhuc erat imma-
tura, & viridis: magnum aiebat seruus,
hoc lucrum est palea: floret enim pul-
chrè & viret. Iterum herus: ad fer mar-
gonium, & dimensum transferemus.

IV.

Hoc prouidentissimè, subsumebat fa-
mulus; sic enim & palea seruatur, & si-
mul quantus sit numerus frumenti co-
gnoscitur.

*Obseques
famulus.*

Posteaquam ergo illum in omnibus
probatum & obsequentem & felicitis in-
genij agnouisset, tu aiebat Colonus, de
cetero nequaquam eris è numero mer-
cenariorum, sed filius & hæres. Qua-
propter & hic Monachus (inferebat Se-
nex) poterit esse beatus, si margorium,
seu mensuram (obedientiæ) impleuerit.
Tum alter ex senioribus: similicu-
dinem

diem absoluisti; expone comparationem.

Colonus, inquit, Deus est: durus autem, quia suis seruis CRUCEM ferendam imponit, & iudicium, seu voluntatem animi cuiusque rescindit, qui illi se deuouit (Nomen est decretum: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat CRUCEM suam, & sequatur me Matthæi xvi. Lucæ ix.) Pachomius ergo huius religiosus Pater Deo adnumerum in omnibus obsequutus illi vique- quaque gratus acceptusque est. Quod si hic quoque ad Pachomij imitationem virtutem & exemplum (patientiam exercuerit) Dominum sustinuerit, (CRUCEM portauerit, se voluntatemque suam abnegauerit) erit & ipse regni celestis hæres. Hæc cum audiret Theodorus, stupebat tam dicta, quam dictorum Auctores illos: & ingressus nauem, subductos à conspectu omnes animaduertit: fuerunt enim Cælites à Deo missi ad Theodori emendationem, & Pachomij consolationem.

a. Hæc desumpta sunt ex Patrio Græcorum MS. interprete Matthæo Radero, capite de Obedientia, part. 3. Viridarij SS. cap. 6. num. 12. b. Margonium est genus mensura arida.

Applicatio
parabola.

DEVS

Colonus
durus.

Religiosus
obediens.

AMA-